

XVI

inuadit ut vasa illi diripiat, nisi fortior illo existat, si ergo ut Job. xli. dicitur. Non erat potestas super terram que dyabolice potentie comparari posset, quis nos de eius carcere liberasset nisi diuina deus nostre miserie succurrisset, propter hoc deus pater dixit christo Mat. xlix. Dedit te in sedes populi ut succurreres terram et possideres hereditates dissipatas, et diceres his qui vincunt sunt ex te. Grates igitur agamus deo patri qui nobis istam filium dedit scilicet naturalem coequallem et singularem in quo nobis dedit omne quod habuit et omne quod potuit, quem nobis tradidit in virtute in lucem et in salutem ut per eum potentes effecti illuminati et saluti partem restituti, iam non timeamus amplius verberari a inimicis.

In die Stephani Sermo xvi.

Stephanus plenus gratia et fortitudine. Act. vii. Sicut ex verbis factorum colligitur rationalis spiritus tribus viribus siue potentibus adornatur. vna rationali, altera concupiscibili, tertia irascibili, proxima verum cognoscit, scilicet per se bonum eligit, sed per tertia malum respuit. Est enim rationalis anima per rationem apta ad verum cognoscendum, complementum ei inest ex irradiatione, nam ad cognitionem veri indiget habitu cognitiuo, ad amorem boni indiget habitu affectiuo, sed ad declarationem mali indiget fortificatione. Necesse igitur est ad cognoscendum verum ut habeat fidem aut scientiam donum, ad diligendum bonum habeat gratiam incitatum, et ad vitandum malum habeat fortitudinis fulcimentum, vide ergo quod si perfectus fuerit habebat martirium cui ad perfectum nihil omnino deficit. Nam fuit plenus fide ut cognosceret summum verum fuit plenus dono gratie ut diligeret summum bonum, fuit etiam plenus fortitudine ut respueret omne malum. Verum de fidei plenitudine dictum est in superiori sermone, vnde solum nunc restat videre de plenitudine gratie et de fortitudine. Ab his enim duo-

bus in premissis themate commendat, nam commendat a plenitudine gratie quam dicitur. Stephanus plenus gratia, commendat etiam ab omni fortitudine cum subinfert, et fortitudine. **S**ed dicam ergo Stephanus plenus gratia, quoniam enim ad bonum facti sumus, nisi ut dictum est per nos illud non possumus nisi per gratiam adiuuemur. Nam gratia est que ad bonum incitat, gratia in bono adiuuat, gratia in bono conseruat, gratia etiam in bono consummat. vnde Augustinus dicit, quod gratia liberum arbitrium prouenit ut homo bonum velit, sequitur frustra velit. Verum gratia liberum arbitrium excitat cum in eo seminat bonum cogitatum, sanat cum mundat affectum, roborat ut producat ad actum, et conseruat ne consentiat ad factum prauum. Bene ergo beatus hic martir quod electus ad tam nobilia opera fuit, gratie plenitudinem habere, promeruit per quam omnia tormeta deuicit et usque ad christum peruenit. **N**otandum est igitur quod diuina gratia tribus generibus hominum maxime datur scilicet obediens diuina sapientibus, et proximo patientibus. Nam obediens accipiunt gratie incitatum, diuina sapientes gratie promerent augmentum, sed martirium patientes merentur gratie complementum. Dicamus ergo quod diuina gratia datur pro obedientibus et dei mandata seruare volentibus. Qui enim deo obedire cupit et a peccatis propter eius mandata recedit quod in se est facit et sic ad gratiam se disponit. **A**nt dicitur Prover. i. Audi fili mi disci, pater, tunc nec deris, le. mat. t. ut addat gratia causa, t. et tor. c. t. x. Huc enim est lex patris nisi lex christi et que est lex matris nostre nisi precepta sancte matris ecclesie. Qui ergo has leges obseruat datur ei gratia quantum ad status preteritis vite, et torques aurea, id est gloria sublimitatis eterne. Sed quis hodie sollicitus est huiusmodi obedire vel sancte matri ecclesie, que illa pacta custodit ad que se in baptismo voluntarie obligauit. Renunciasti dyabolo, et ecce solum dyabolum sequeris, renunciasti enim omnibus pompis eius.